



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 34. Franciæ Regis epistola ad Oratores suos contra Principum  
emendationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

**Sæcul. XVI.** „mandata ab eorum Principibus, illa  
A.C. 1563. „exequi obstringuntur, II. Lotharingius  
 „Cardinalis sua auctoritate plurimum  
 „quidem valet apud Hispanos, non ta-  
 „men tanta est illius auctoritas, ut ad  
 „eos pertrahendos satis esset. „ Ita Le-  
 gati scripsere in literis Vicecomiti tra-  
 ditis.

## §. XXXIV.

*Franciæ Regis epistola ad Oratores  
 suos contra Principum emen-  
 dationem.*

**Pallav. l. 23.** **C**um hæc interea gererentur, Legati  
¶ l. n. I. mox in majores angustias redige-  
Mem. p. 479. bantur per mandata, quæ Franciæ Rex  
 ad Lotharingium Cardinalem, suosque  
 Oratores circa laicorum Principum e-  
 mendationem, ejusque decretum de-  
 derat, nam mittebantur ad hunc Re-  
 gem reformationis articuli nondum ex-  
 purgati, sed prout in priori forma, quæ  
 severissima videbatur, concepti erant:  
 cum vero Gallici Senatus Ministri in  
 jurisdictionem Ecclesiasticam male af-  
 fecti interpretarentur hæc reformatio-  
 nis capita, acsi ad deprimendam Regis  
 auctoritatem tenderent, hinc Rex ad  
 Ferrerium, & Pibracum suos in Synodo  
 Oratores die vigesima octava Augusti  
 hæc perscribi jussit: „ Perfectis vestris  
 „literis die undecima ejusdem Mensis  
 „datis,

„datis, atque restaurandæ disciplinæ  
 „articulis, quos ad me transmisisti, be-  
 „ne perpensis ad vos perscribere cogor,  
 „quod nullatenus permettere velim, ut  
 „in Concilio ea decernantur, quibus Re-  
 „gia auctoritas imminueretur, Eccle-  
 „siastica vero augeretur, hinc vobis  
 „præcipio, ut omnibus viribus juxta  
 „tenorem illius scripti, quod ad vos  
 „transmitto, obsistere velit, ac præpe-  
 „dire omnia, quæ meis, meique Regni  
 „juribus noxia esse possent: facta autem  
 „hac oppositione Venetias secedatis,  
 „ubi id, quod deinceps agendum, vobis  
 „significabitur: priusquam vero disce-  
 „detis, cunctos Franciæ Prælatos mo-  
 „neatis velim, ut Tridenti persistant, ac  
 „Concilii, totiusque Ecclesiæ utilitatem  
 „procurare pergent.

Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

### §. XXXV.

#### *Franciæ Regis scriptum ad suos Ora- tores transmissum.*

Itaque in hoc scripto, quod Franciæ Rex (\*) ad suos Oratores transmisse- Mem. post  
le Conc. de  
rat, Trente p. 48L

(\*) Melius diceretur, illius Ministri, cum Rex nonnisi duodenis puer nequidem propriæ suæ utilitati, minus vero Ecclesiæ rebus prospicere potuerit.